

www.e-rara.ch

Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae

Geiger, Mauritius

Typis Monasterij S. Galli, 1722

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis III. De praefatione, seu primis verbis [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.


e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CATECHESIS III.

De Præfatione, seu primis
verbis Orationis Dominicæ.*Pater noster, qui es in Cælis.*

SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Cur à principio ponuntur hæc verba, *Pater noster, qui es in Cælis?*
2. Quis intelligitur hic nomine Patris?
3. Quare Deum compellamus Patrem?
4. Cur dicimus *Pater noster*, nec *meus*?

MISCELLANEA.

Cur dicitur Pater noster, nec noster Pater?

Q. I.
Cur à
principio
ponuntur
hæc ver-
ba, &c.

Quæstio Prima: Cur à principio ponuntur
hæc verba: *Pater noster, qui es in Cælis?*

R. Ut sint quasi præfatio, seu exordium,
quo Deum nobis reddamus benevolum; in no-
bis verò excitemus attentionem, amorem filia-
lem, & fiduciam.

Si enim à Principe terreno aliquid ro-
gaturi humiliter audientiam postulamus,
quanto potius à Deo? at verò attentio-
nem, fiduciam & amorem quid efficacius
pro-

promovebit, quàm si cogitemus Deum esse, quem rogamus, Cœli, terræque Dominum esse, & Patrem esse, & Patrem nostrum, uti mox diceretur.

Quæstio Secunda: *Quid intelligitur hic nomine Patris?*

R. Deus, id est, tota SS. Trinitas simul vel sigillatim Deus Pater aut Filius aut Spiritus Sanctus.

Ratio, quia par est omnes Personas simul invocari, cum omnes simul operentur ad extra, neque una largiatur beneficium, quod non conferant omnes, tum etiam sigillatim, quia quælibet verè est pater noster, Pater ut Creator, Filius ut Redemptor, Spiritus Sanctus ut sanctificator, uti jam diceretur.

Quæstio Tertia: *Quare Deum compellamus Patrem?*

R. Quia nos creavit, redemit, conservatque & alit ceu amantissimus Pater liberos suos, denique quia nos in filios adoptavit.

Merito Deus dicitur Pater Creatione, si enim inter homines Pater dicitur, qui familiam propagat, uti dictum sup. cap. 1. cat. 6. q. 10. Quantò magis Deus, qui ex nihilo ad imaginem suam nos fecit? Gen. 9. v. 6. Qui primitivum corpori naturali dedit esse, animam verò semper de nihilo creat. Nunquid non ipse est Pater tuus, qui pos-
sedite te & creavit, &c. Deut. 37. v. 7.

Q. II.
Quid intelligitur nomine Patris?

Q. III.
Quare Deum vocamus Patrem?

Redem-
ptione.

Redemptione , quia Christus per vitæ & Passionis merita nos ab æterna morte redemit , tu enim Pater noster & Redemptor noster. *Is. 65. v. 16.*

Conser-
vatione.

Conservatione & Providentia , quia tam paternè nos gubernat omnia in com-
modum nostrum disponendo , tam pater-
nè pascit omnia necessaria absque sollici-
tudine nostra adiiciendo. *Matth. 6. vers. 33.*
Tam paternè protegit , atque à periculis
ruetur , ut absque suo motu nec capillum
ab hoste nobis moveri patiatur. *Matth. 10.*
v. 29. Quin & scapulis suis obumbrat no-
bis. *Psal. 90. v. 4.* Audite me domus Jacob,
qui portamini à meo utero usque ad sene-
ctam , ego ipse & usque ad canos , ego por-
tabo , ego feci , & ego feram , ego portabo ,
& salvabo. *Is. 46. v. 4.* Et : Numquid ob-
livisci potest mulier infantem suum , ut
non misereatur filio uteri sui , etsi illa ob-
lita fuerit , ego tamen non obliviscar tui.
Is. 49. v. 15. Denique tam pius nemo , tam
pater nemo est , &c. Ait S. Aug.

Adoptio-
ne.

Adoptione , quia per gratiam & pro-
pter Christum nos sibi in filios adoptavit :
Accepistis spiritum adoptionis filiorum
Dei , in quo clamamus Abba Pater. *Rom. 8.*
v. 15. Cum enim Christus etiam quia ho-
mo sit verè Filius Dei propter unionem
hypo-

hypostaticum, & quâ homo, sit frater noster, consequenter & nos secum traxit in societatem hæreditatis; Si filius & hæres.

Rom. 8. v. 17.

Itaque hæc vox Pater primò operatur ut dixi in nobis attentionem, ob reverentiam videlicet tanti Patris.

Secundò amorem filialem; quanti enim affectûs amorisque incentivum est, hominem vilissimum, abjectissimum levare oculos, diceréque Deo infinitè glorioso, Pater? & qui olim Judæis terribilis Dominus appellari voluit, modò urgeat nos, sibi que complaceat, si instanter & sine numero reperamus Pater, Pater, &c.

Tertiò fiduciam, scimus enim Parentes nunquam repellere liberos filiali fiducia ad ipsos concurrentes. Unde prodigus representans sibi nomen Paternum, spem & fiduciam ingentem concipiebat: Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam illi Pater peccavi, &c. Valdè etiam utilis erit hæc consideratio Confessuris ad provocandam cordis compunctionem, & contritionem, si animo reputes, te eum offendisse, quem toties Patrem appellasti, & tam pium Patrem, &c.

Quæstio Quarta: Cur dicitur Pater noster, nec Pater meus?

Vox Pater operatur

1. Attentionem.

2. Amorem,

3. Fiduciam.

Q. IV.
Cur dicitur Pater noster?

R. 1.

I.

R. 1. *Ut cujusvis conditionis homo solari se possit. Deum etiam suum patrem esse.*

Nimirum Regulus & Rusticus, Princeps & Servus, Dux & Miles, egenus & dives, dummodo in gratia Dei constituti, quod inexplicabile omni misero solatium, & acre est potentioribus frænum, ne contemnant unum ex his pusillis, licet enim majora forsitan à Patre hoc acceperint naturæ vel gratiæ dona, attamen jus ad dona naturæ & gratiæ omnibus æquale est, juxta illud Pauli: Sive servus, sive liber, omnes in Christo unum sumus. *Gal. 3. v. 28.* Omnes videlicet æqualiter vocati, omnes ejusdem hæreditatis capaces, quod ipso etiam facto demonstrat Ecclesia, dum Sacramenta seu diviti, seu pauperi, seu Theologo, seu rudissimo omnibus æqualiter dividat.

2.

Ut meminerimus nos fratres esse, ideoque pro omnibus tanquam fratribus orationem faciendâ.

Nimirum Dei voluntas est, generaliter omnes diligere & pro omnibus orare. quia & ipse omnes diligit, hanc ob causam etiam consequentibus dicimus, panem nostrum, non meum, dimitte nobis, non mihi, &c. Quare nemo spiritali avaritia inductus, contra hanc benignissimam Dei voluntatem agat, pro se solo orando, sed viscere pietatis & compassionis in omnes
opis

opis indigos vivos & defunctos effundat, eisque misericordiam à Deo corporalem & spiritualem precetur.

Sed cur dicitur Pater noster, non noster Cur dicatur Pater noster, non noster Pater, sicut dicitur nostra domus, nostra Mater?

R. Id fieri honoris causâ, quia non nos, sed ipse est principium omnium, neque ab alio convenit orationem incipere, sicut nec finire, tum etiam ad demonstrandum affectum, uti clarius pater si in singulari proferatur, Pater mi, vulgò *Lieber mein*. Denique quia in expositione nonnunquam servatur phrasis græca.

Quæstio Quinta: Cur dicimus, qui es in Cœlis?

Q. V.
Cur dicimus, &c.

R. Quia licet Deus sit ubique, in Cœlistamen præcipuè gloriam suam & bonitatem manifestat, indeque nobis omnigena confert beneficia.

Certum est, Deum per essentiam, & potentiam suam esse ubique, in summo, medio, & infimo totius universi, juxta illud: Quò ibo à Spiritu tuo. *Psal. 138. v. 7.* Et: In ipso vivim' movemur, & sumus. *Act. 17. v. 38.* Atamen per speciales operationes dicitur esse in quibusdam locis: in Cœlis per gloriæ, & bonitatis suæ manifestationem, ubi beatis gaudium infinitum, nobis verò auxiliùm, & solamen, donaque omnia

trans

transmittit. In Mundo per singularem Providentiam & gratias, in Gehenna per justiciam. Dum ergo dicimus, qui es in Cœlis, oportet nos mentem avellere à terrenis & erigere in Cœlum ad Patrem nostrum, ad Dei Matrem, omnēsque Beatos ibi Deum laudantes, indēque opem, & quæcunque nobis utilia petere: Ad te levavi oculos meos, &c. *Psal. 122. v. 1.* Levavi oculos meos in montes, *Psal. 120. v. 1.* Denique ardentem eò suspirare tanquā ad centrum cordis nostri, ad metam laborum: Fecisti nos Domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

R E C A P I T U L A T I O.

HÆc de primis verbis Orationis Dominicæ, &c. summa est. (1.) A principio ponuntur tanquam præmium, seu exordium. (2.) Patris nomine intelligitur Deus, seu tres Personæ sigillatim. (3.) Deus appellatur Pater ratione Creationis, Redemptionis, Conservationis, adoptionis. (4.) Dicimus Pater noster, non meus, ut quis se solari possit, &c. nec dici debet, noster Pater. (5.) Dicimus, qui es in Cœlis, quia licet Deus sit ubi-

EXHORTATIO.

Discimus primò charissimè ex præfatione. Discimus
 uncula hac concipere attentionem, 1. Attentio-
 amorem, & fiduciam, nem, &c.

Discimus secundò vocem Patris consi- 2. Consi-
 derare, quàm Deus sit verè & optimus Pa- derare Pa-
 ter, indèque ampliorem concipere amo- trem, &c.

Discimus tertio ad vocem *Pater noster* 3. Pater
 considerare, quòd Deus omnium sit Pater, noster.
 etiam mei & aliorum abjectæ sortis homi-
 num, ex quo ampliùs augetur filialis
 amor, & fiducia in omni necessitate &
 afflictione, scimus enim, si filij sumus Dei;
 jura quòque filiationis nobis deberi, nem,
 pe paternam providentiam, protectio-
 nem, sustentationem, uti dictum *cap. 2.*
cat. 2. de Baptis. in Exhort. Discimus secundò.

Advertendum tamen hìc, illos tantum Non sunt
 gaudere hac fælicitate, qui pro viribus filij, pec-
 student esse filij tanti Patris, voluntatem catores.
 ejus in omnibus perficiendo, cavendòque
 offensam, qui laborant conformes esse
 imagini Filij Dei, id est, humiles, obedien-
 tes, mansueti, casti; superbi enim, contu-
 maces, impuri, non Dei, sed diaboli filij
 sunt. Sic S. Joan. Baptista Phariseos in-
 vidios vocat, genimina viperarum. *Matth.*
23. v. 33. Sic Amos *c. 9. v. 7.* Numquid filij
 Æthio-

Æthiopum estis vos omnes mihi filij Israël? Videte pueri, puellæque lascivientes, quid estis? Filij Æthiopum, nigra mancipia Æthiopica estis. Videte ebrioli & crapulati viti, quid estis? filij Æthiopum estis: videte mulieres vestitu luxurioso turgidæ, &c. quare abijciendæ sunt turpes istæ Æthiopicae, & dæmoniaca figuræ, dolendum de peccatis, de offenso Patre, ut verè & cum fructu clamare possimus: Pater noster, &c.

Præcipuè verò, quia Deum in omnibus tam providum experimur Patrem, summo perè cavendum, ne unquam opem à dæmone, aut illicitis artibus postulemus, in gravissimam utrique tam pij Patris contumeliam, & lethalem nostri perniciem, sed ab illo solo ceu Patre misericordissimo omnia nobis proficua confidenter petamus, Pater noster, &c.

Denique in tanti Patris reverentiam terrenis renuntiemus parentibus, si in via salutis sint nobis impedimento.

4. Orare
pro om-
nibus.

5. Cor e-
levare.

Discimus quartò ad eandem vocem multa charitate pro omnibus orare, &c.

Discimus quintò in oratione animum & cor ad Cælum erigere, inde divina beneficia extrahere, eo suspirare, &c.

HA.

HÆRETICI.

NOvatores orare solent : Noster Pater , Luthera-
ni.
non ; Pater noster.

Sed refutantur ex q. 4. meritòque ri-
dentur, quòd tot sæculorum usu approba-
tam consuetudinem , & simplicitatem per-
verere nitantur.

Wiclef communem tantùm admisit Wiclef.
orationem, particularem tanquam malam
rejecit.

Sed refutatur à S. Paulo , qui sæpius
rogavit pro se orari, 2. *Theff.* 3. v. 1. Et pro
Petro tota Ecclesia oravit, *Act.* 12. v. 5.

HISTORIÆ.

S. Franciscus à Patre ductus ad Episco- S. Fran-
ciscus.
pum Assisinatrem , ut bonis cederet pa-
ternis, vestes etiam ad parentis pedes ab-
jecit, dicens : In posterum majorem sibi fo-
re facultatem dicendi : Pater noster, qui es
in Cœlis *Brev. Rom.* 4. oct. in 2. noct.

Bononiæ in Sacello S. Dominici fratri- PP. Do-
minica-
ni.
bus cantantibus , ora pro nobis S. Pater
Dominice, vox audita est : Nec ego Pater
vester, nec vos filij. *Antoninus Sen. in Chron.*
Ordi. Prædic. anno 1370. Cavendum, ne hoc
ipsum Pater cœlestis nobis declamet ex
alto.

S. Theodorus 14. etiamnum annorum S. Theo-
dorus.
T

contemplabatur amplissimas in paterna
domo divitias, exinde verò oculis in Cœ-
lum sublatis dicebat: Quid mihi proderit,
si totus meus foret mundus, non verò Deus?
Pater meus, & bona mea in Cœlis sunt.
In vita PP.

S. Co-
lumba-
nus tran-
sivit Ma-
trem.

S. Columbanus Abbas, Patronus Eccle-
siæ Rosacensis, cùm puerulus Religionem
ingredi decrevisset, Mater remoram fa-
ctura limen ostij obsedit, uberâque de-
monstrans rogavit, ut à proposito desiste-
ret. At ille per calcaram Matrem ad
Monasterium convolvavit. *Sur.*

21. Novembris.



CATE.